



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

42. Ad quem appellandum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## QUESTIO XLII.

Ad quem appellare debeant.

## SUMMARIUM.

1. A sententia Abbatis exempti in causa membrorum non exemptorum, appellandum est ad ordinarium.
2. 3. Quid si appelletur ab ordinario procedente auctoritate non ordinaria, sed Apostolica.
4. A iudice immediate subiecto sancte Sedi, appellandum est ad sanctam Sedem.
5. Appellari tamen poterit ad legatum à latere.
6. Legatus Regulariter se non interponit causis appellationum ad Papam interpositarum.
7. A delegato appellatur ad delegantem.
8. Ab arbitris iuris assumptis super recusatione, appellari debet ad Papam.
9. A duobus iudicibus, quorum alter est exemptus, debet appellari ad iudicem superiorem exempti.
10. A sententia in causa reconventionali instituta contra exemptum, appellari debet ad ordinarium.
11. Ab Ecclesiastico iudice nonnunquam appellatur ad cameram Imperialem Spirensem.

**D**ico primò, quod à sententia (verbi gratia) Abbatis aut Prælati Exempti sententiam ferentis in causa membrorum sive subditorum non exemptorum, appellari debeat non ad Papam, qui superior est iudicis, sed ad Episcopum secundam opinionem commutiorum, quam refert & sequitur Panormitanus, in cap. ex ore num. 7. ubi Innocent. n. 2. vers. Item in hoc casu de privilegiis, Petrus de Ubaldis tract. de Canonica Episcopi Capitulo 4. quest. 9. num. 3. Barth. l. si quando nu. 3. C. de appellat. Joan. Andr. cap. auctoritate in gloss. verb. Sedis Apostolica de privilegiis. in 6. in ca. in pte. in pr. de elect. in 6. Guymmer. in pragmat. sanctione tu. de causis in verb. subiectos. Ratio est, quia eiusdem modi subditorum respectu Prælati exempti subijciuntur Episcopo, adeoque tanquam superiori ejus officio incumbit iniquas sententias sui inferioris reformare. Abb. d. cap. ex ore num. 7. in fine. Pro confirmatione faciunt quæ latè notavit præst. Everardi in locis legalibus, loco à tanquam vers. 6. & Bartholus d. l. si quando §. l. i. §. i. ff. eod. dicens, quod si Episcopus judicet tanquam Laicus, appellari debet ad iudicem Laicum, secus autem si Prælati sententiam ferret in causa membrorum exemptorum. DD. ubi supra.

**D**ico secundò, quod si appelletur ab ordinario in casibus quibus contra exemptos procedit jure, permittente auctoritate Apostolica sive delegata, appellari debet ad Papam, eo enim respectu ordinarius major est Metropolitanis aliisque quibus

quibuscumq; vide Felin. *ca. meminimus n. 6. post. pr. de accusat.* ita censet Abbas *cap. ad abolendum nu. 16. de hereticis. Parvius tract. de officio* *et potest. cap. sede vacante par. 1. q. 10. n. 3. juxta quae scripsi supra eod. l. quaest. 1. 4. vide Navarru conf. 18. n. 6. in fine de statu Monachorum par. 1. Licet conclusioni huic advessetur Hostiensis, d. c. ad abolendam ubi Abb. d. n. 16. Id notat & Alphonsus Villadieg. in speculo *visitatoru fol. 35. n. 31. nitens de- claratione sacrae congregationis 484. Autoris verba referre non pigebit. Is sic inquit:**

SI IN VISITATIONE APPELLARI CONTIGERIT AB EPISCOPO SUFFRAGA-  
NEO ETIAM TANQUAM SEDIS APOSTOLICAE DELEGATO PROUT STATUIT SA-  
CRUM CONCILIUM TRIDENT. DEBET APPELLARI AD METROPOLITANUM.  
Ratio est, quia quae Suffraganeus in visitatione facit, jure ordinario facit, licet  
auctoritate Apostolica sit factus delegatus, ideo dixit Hostiensis *cap. 2. de officio*  
*ordinarii* & in summa de officio ordinarii, *§ sunt autem quaedam*, quod quando com-  
mittitur Episcopis id quod pertinet ad ejus officium, id fit ut magis timeatur, *cap.*  
*quis nesciat dist. 15. Ita Villadieg. ex eadem radice nascitur quaestio num. legatus con-*  
*curat cum ordinario in casibus quibus auctoritate Apostolica procedere potest*  
*contra exemptos. Pro negativa adfertur cap. studuisti de officio delegati, Lapsus*  
*Cardinal. Clem. cum ex eo n. 3. et fin. de sent. excom. latissimo fo. de Selva tract. de benefi-*  
*cio par. 3. quaest. 66. n. 9. 10. et seq. quia eo casu (inquiunt) ordinarius est major dele-*  
*gato. At verò pro affirmativa Villadiego; tract. de legato par. 1. quaest. 8. n. 27. qui limi-*  
*tat. cap. studuisti in ordinario delegato ad univrsitatem caularum, quem articulum*  
*Vatis sitatigisse supra eod. lib. q. 2. sub fin.*

Dico tertio, quod à iudice immediate subiecto sanctae Sedi, appellandum sit ad  
ipsam Sedem, ratio quia appellationes interponendae sunt ad superiorem. *cap. dilecti*  
*66. de appell. facit infra lib. 4. cap. 30. l. Imperatores ff. eod. late Spec. de appellat. § nunc*  
*tractemus. Marant. de ord. jud. par. 6. in decisoria acti 2. n. 357. Exemptorum autem nul-*  
*lus est superior nisi Papa, Abb. d. cap. ad abolendam n. 5. et 16. auctoritate ubi glo. et DD.*  
*de privileg. in 6.*

Non est autem hic praetereundum, quod hoc eodem casu appellari etiam potest  
ad Legatum de latere, tum quod is jurisdictionem habeat in exemptos velut nota-  
vit Guymer. *ad pragmatic. sanctionem tit. de causis § si vero in glo. verb. subiecto per cap.*  
*si Abbatem de elect. in sexto. cap. 1. de verb. signif. eod. lib. glo. in d. cap. auctoritate verb. Sedis*  
*Apostolica et in cap. cupientes in pr. de elect. in 6. tum quod ejusmodi legatus veniat*  
*appellatione sanctae Sedis. Franc. d. c. si. Abbatem n. 4. cum addit. Barbatiae. actum col. §*  
*de solut. et conf. 12. incip. difficile est vol. 3. dixi supra eod. lib. quaest. 2.*

Idque hac in materia singulare est, alioquin enim legatus regulariter de appella-  
tionibus ad Papam interpositis sine speciali mandato aut delegatione cognoscere  
non potest. *Guymer. d. § si. vero n. verbo subiecto arg. c. quod translationem et cap. sequitem*  
*cap. studuisti de officio legati, ubi Henricus et DD. cap. constitutus de appellat. Baldus cap.*  
*dilecti*

D d

dilecti eod. tit. Nisi extrajudicialiter testes examinet, aut alia ad expeditionem causa faciat, ut eam sic coram se instructam remittat ad Papam. DD. d. ca. constitutus. Specul. de remissionibus §. 3. Guymet. loco iam citato cap. super questionem de officio deleg. vel nulli partes appellationi ad Papam interposita renuntiaverint, tum enim ejusmodi legatus cognoscere poterit, arg. d. cap. constitutus ubi Henr. & DD. Card. & Jo. And. de capientes Guymet. ubi supra.

- 7 Confirmatur hæc tertia conclusio, quia quemadmodum à delegato appellari debet ad delegantem. I. precipimus C. de appellat. Auth. de sanctissima Episcopis §. si quis contra aliquem collat. 9. Marantia in speculo aureo par. 6. in decisoria actu 2. de appellat. numer. 375.
- 8 Ita à iudice exempto, qui immediate subiectus est sanctæ Sedi, appellari debet ad Papam immediatam eius superiorem. ca. licet de offic. legati c. adeo 2. quest. 6. d. c. studius l. 1. ubi DD. ff. quis est à quo, non secus quam ab arbitris iuris seu super reculatione assumptis, à quibus appellari debet ad Papam, velut eorum superiorem immediatum, cap. ab arbitris de officio deleg. in 6. Guymet. in d. verb. subiecto, Marantia d. actu 2. n. 365. Cum fungantur vice Papæ, DD. iam citati.
- 9 Dico quarto, quod si appellatur à duobus iudicibus, quorum alter est exemptus, appellari debet ad superiorem exempti, velut digniorem, per rationes quas supra notavi, l. 1. quest. 26. Imbert. inst. Forens. lib. 2. cap. 6. glo. fin. in fin. latius per Marantia d. actu 2. n. 387. Majus enim dignum trahit ad se minus dignum. Gaill. l. 1. obs. 30. n. 27.
- 10 Dico 5. Quod si exemptus coram ordinario instituat actionem, ibique reconveniat, appellatio fieri debet ad superiorem ordinarii, per not. Archid. c. non ita 2. q. 5. Imole. significantibus de officio deleg. Ausser de potest. Seculari super Eccles. personis Reg. 2. n. 4. in fine.
- 11 Dico 6. à iudice Ecclesiastico appellari nonnunquam posse ad iudicem laicum, scilicet cameram imperialem, quemadmodum post Cacheranum Ped. dec. 30. late donavit Mindanus de process. imper. l. 1. c. 11. per tot. id per exempla & Imperiales ordinationes illustrans. addo Gaill. lib. 1. obs. 30. n. 5. & seqq. qua de re vide Jo. à Chokier fratrem meum, in suo tract. de non recipiendis appellationibus ad Cameram Spirensem.

---

Q U Æ S T I O XLIII.

In causa exemptionis appellatio qualiter formanda.

Formam præscribit latè Speculator à quo peti potest par. 4. de appellat. extra iudiciali n. 5.

Q. V. E.